

var. *alpina* (Læst. V. A. H. 1822). *Ranunculus auricomus* var. *alpestris* (Læst. l. c.). *Carex alpina* a. (Wahlenb. Fl. L.). *Carex saxatilis*, var. *rigida*, *Carex pulla* a., *Carex vesicaria* b. c. (infra). Huc pertinet etiam, per analogiam, qua gramina versus alpes grandiflora fieri solent, quamquam in ipsis alpibus non sit observatus, *Juncus nodulosus* var. *biceps* c).

§. 48.

*Regio inferalpina* est quasi Salicum regio. Circa radices alpium, qua nives quotannis solvuntur, atque Salices *lanata*, *glauca*, *limosa*, *myrsinetes* etc. fruticeta constituunt semiorgyalia, quæ regio varietatibus formandis minus apta videtur, nisi quod Salices, quæ in sylvis plus quam orgyales sunt, hic breves obveniunt.

At *Regio subalpina* seu *betulina*, in qua *Betula alba* dominare cæpit, in eo memorabilis videtur, quod non solum plantæ mere alpinæ, in hanc regionem delatæ, grandescant; sed etiam, quod solum his regionibus præsertim circa radices alpium pingvissimum, æstusque solis

---

c) Capitulis binis, multifloris, quam in ullo alio Junco noduloso, grandioribus, capsula valde obtusa. (Conf. ulterius addenda III.)